031

029

035

025

040

020

080

130

Ende

Anfang

Quicquid tamen vtilitatis ex hoc Tabularum opere, ad Studiosos Astronomiæ, ad Philosophos etiam & Theologos, præsentes, futuros, redierit; id illi meminerint totum ad Patronorum meorum suprà commemoratorum beneficium esse referendum. Itaque AVSTRIAM, Familiamq; Principum, quæ ab illius possessione, unde nomen originis habet, ad totius orbis dominatum, DEO successus moderante, conscendit, deniq; tres ex eâ domo Augustissimâ Imperatores, RVDOLPHVM II. qui Tychonem Braheum è patria Dania in Germaniam transgressum sub conditionibus splendidissimis, & illustri origine dignis, in aulam suam vocavit, qui me illi superstiti ministrum, defuncto successorem, in parte operis dedit, qui RVDOLPHINARVM nuncupationem, à Braheo superstite propositam acceptavit, ratamq; habuit, qui & sumptus editionibus idoneos mihi vivus destinavit: Deinde MATTHIAM I. qui cum provinciis, regnis, imperioq; Romano, etiam curam artis & mei patrocinium à Fratre in se suscepit; Denique FERDINANDVM II. qui præter cætera eadem, etiam destinatos sumptus repræsentavit, novâ liberalitate auxit, vt Tabulæ ederentur, jussit, omnes inquam gratis, & vt meruere, summis mecum evehat laudibus; totiq; adeò Augustissimæ Domui benè precetur.

CAPUT I.

© Stadtbibliothek Ulm, 2018. Signatur: MNV 596;